parti patrocinium denegaverit, careat [1] foro [2]: sciat etiam nunquam sibi ad agendum copiam posse restitui. Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse [3] cum plurimis, & adversario suo tali fraude subtraxisse paris defensionis copiam: ostendet proculdubio iniquam a se litem foveri, & auctoritatem judiciariam a se delusam experietur. Dat. Kal. Mart. *Treveris*, VALENTINIANO & VALENTE AA. utrisque III. CONSS. 370.

De eo, qui non est sacrosanctis Catholicæ religionis imbutus mysteriis.

8. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicostrato P. P.

NEmo [4] vel in foro Magnitudinis tuæ, vel in provinciali judicio, vel apud quemquam judicem accedat ad Togatorum consortium, nisi [5] sacrosanctis Catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quoquo modo vel quadam machinatione factum, vel attentatum fuerit: Officium quidem Sublimitatis tuæ centum librarum auri jacturam pro condemnatione sustineat: idem vero, quicumque ausus fuerit contra providum Nostræ Serenitatis decretum officium advocationis per subreptionem arripere, & prohibitum patrocinium præstiterit, ab advocationis officio remotus, stylum proscriptionis atque perpetui exilii specialiter sustinebit: scituris etiam provinciarum Rectoribus, quod is, sub cujus administratione aliquid hujusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionem, & pœnam exilii per quinquennium sustinebit. Dat. Prid. Kal. April. *Constantinop.* ANTHEMIO A. II. COS. 468.

TIT. VII.
DE ADVOCATIS [6] DIVERSORUM JUDICIORUM.

De prævaricatione.

1. Imp. ANTONINUS A. Doloni.

SI patronum causæ prævaricatum [7] putas, & impleveris accusationem, non deerit adversus eum pro temeritate [8] commissi sententia: atque ita de principali causa denuo quæretur. Quod si non docueris prævaricatum: & calumnia notaberis, & rebus judicatis, a quibus non est provocatum [9], stabitur. PP. 3. Kal. Octobr. ANTONINO A. IV. & ALBINO [10] CONSS. 214.

De decurionibus.

2. Imppp. VALENS, GRATIANUS & VALENTIN. AAA. ad Antonium P. P.

QUi necessario patriæ [11] suæ debent municipio functiones, eos decurionibus aggregatos nolumus evagari [12]: permittentes, ut in negotiis causidicorum fungantur officiis, & in civitatibus propriis subeant munera curialium; ita tamen [13], ut non [14] contra Rempublicam civitatis, in qua honorem hunc consecuti sunt, eis adesse permittatur. Dat. 15. Kal. Septemb. *Ravennæ*, VALENTE VI. & VALENTINIANO III. AA. CONSS. 378.

De provincialibus functionibus.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. ad Africanum P. P.

NE [15] quis ex corpore Togatorum [16] [minime curialibus nexibus illigatus] provinciales [17] suscipiat functiones: scilicet ut ambientibus claudatur ingressus, & invitis necessitas auferatur. Dat. 3. Non. August. *Constantinop.* ARCAD. IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

De peculio quasi castrensi.

4. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Eustathio P. P.

FOri [18] tui Culminis, & universorum judiciorum advocati quicquid ex hujusmodi professione, vel ipsius occasione quæsierint, id [etiam] post patris obitum, præcipuum, veluti [19] peculium castrense, ad exemplum militum, proprio domino valeant vindicare. Dat. 10. Kalend. April. *Constantinop.* DD. NN. HONORIO XIII. & THEODOSIO X. AA. CONSS. 424.

De muneribus necnon privilegiis, & immunitatibus.

5. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro Præf. urbi.

QUicquid animi largitate, & munificentia principali præstitimus Togatis per Orientem eminentissimæ præfecturæ reverentia [20] studiorum: id sibi præsenti sanctione præstitum esse cognoscant patroni causarum illustris Urbicariæ præfecturæ. Dat. 7. Kal. Jan. *Constantinop.* THEODOS. XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 426.

6. Iidem AA. ad Florentium P. P.

SAncimus [21], ut advocatis, qui apud tuam Magnificentiam causas acturi sunt, a nullo judice, nec ab ipsa eminentissima præfectura sollicitudo illa penitus injungatur: Sed nec advocatis provinciarum vel spectabilium judicum quisquam existimet aliquid injungendum. Nulla igitur Togatis inspectio, nulla peraequatio ingeratur, nulla operis constructio, nulla discussio [22], nullum ratiocinium imponatur, nullum denique aliud [23] eis mandetur, præter arbitrium [24] in [25] eodem dumtaxat loco, ubi advocationis exercent officium: quinquaginta [26] librarum auri [pœna] officio feriendo, si legis istius regulas temerare tentaverit. Dat. 8. Kalend. Mart. *Constantinop.* THEOD. A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

7. Iidem AA. Thalassio P. P. per Illyricum.

IIsdem privilegiis, iisdemque immunitatibus potiri togam [27] illustrissimæ per Illyricum præfecturæ, quibus fruitur toga per Orientem Prætorianæ sedis excelsæ, decernimus. Dat. 7. Id. Septemb. *Constantinop.* THEOD. A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De numero advocatorum. De curiali vel alia viliori conditione. De quasi castrensi peculio.

8. Iidem AA. Cyro P. P. Consuli designato.

CUm advocatio prætoriana centum quinquaginta [28] numero togatis minime vel minuendo, vel augendo concludatur, jubemus eos, qui ex his ad fisci patronatum pervenerint, a cohortis [29] vel alterius vilioris conditionis nexibus cum liberis quandocumque [30] genitis liberos custodiri: postque tale officium depositum, annumque [31] completum, advocatorum consortio abscedere cum Comitiva consistoriana: omneque, quod togatis fori Celsitudinis tuæ quolibet casu, quolibet adquiritur titulo, quasi [32] castrense sibimet vindicare: nec patribus, nec avis paternis earum rerum commodum acquirere, legis istius auctoritate decernimus. His omnibus etiam ad Urbicariæ præfecturæ advocationem trahendis. Dat. 3. Kal. Januar. VALENTINIANO A. V. & ANATOLIO CONSS. 440.

De advocato, qui administrationem aliquam peregit.

9. Iidem AA. Apollonio P. P.

SI quis de togatis fori Celsitud. tuæ, vel Illyricanæ, seu urbicariæ præfecturæ, sive de his, qui in provincialibus judiciis causarum patrocinium profitentur, electione tuæ Sedis regendæ provinciæ munus potestatemque susceperit: post peractam integre ac sine ulla opinionis labe administrationem, & ad illud officium, unde abstractus est, & unde sibi vitæ subsidia comparabat, remeandi [33] habeat facultatem: nec causas orare denuo quadam prohibeatur invidia. Dat. 12. Kalend. Septemb. *Constantinop.* EUDOXIO & DIOSCORO CONSS. 442.

De patronis fisci.

10. Impp. VALENTIN. & MARTIANUS AA. Palladio P. P.

BInos [34], qui priores [35] in tui Culminis sede inveniuntur ad patronatum fisci singulis quibuscunque annis accedere, paribus [36] dignitatis & privilegiorum insignibus ambiendos [esse] præcipimus, quibus ante hac utebatur is, qui solus fisci creabatur patronus. Dat. 14. Kal. Jul. *Constantin.* HERACULANO & ASPORATIO CONSS. 452.

De numero & filiis advocatorum. 1. Quales & quomodo creandi advocati.

11. Imp. LEO A. Viviano P. P.

NEmini licere sancimus aliquem sub [37] adsidendi colore statutis centum quinquaginta [38] advocatis, quos sibi eminentissima præfectura in consilium assumpserit aggregare. §. 1. Non aliter vero consortio advocatorum tuæ Sedis aliquis societur, nisi [39] prius in examine viri clarissimi Rectoris provinciæ, ex qua oriundus est, præsentibus cohortalibus gesta conficiant, quibus aperte pateat cohortali [40] vitæ ac fortunæ eundem minime subjacere. [Atque hæc fieri volumus] si præsens vir clarissimus Rector previnciæ fuerit in ejus examine: si vero abfuerit, apud defensorem sui oppidi gesta conficiant. Jurisperitos [41] etiam eorum doctores jubemus juratos [42] sub gestorum testificatione deprimere, *esse enim, qui posthac subrogari voluerit, peritia juris instructum* [43]. Filios [44] autem togatorum Excellentiæ tuæ, qui vel nunc causas agunt, vel futuris temporibus actitaverint, cæteris supernumerariis anteferri. §. 2. Illud insuper decernimus, ut etiam hi qui ultra centum quinquaginta advocatos Eminentissimæ tuæ Sedis reperiuntur, liceat & apud Virum spectabilem Proconsulem, vel præfectum Augustalem, vel Comitem Orientis, apud viros etiam spectabiles Vicarios, & apud Rectores provinciarum negotia perorare. Dat. Kal. Febr. *Constantinop.* MAGNO & APOLLONIO CONSS. 460.

De patrono fisci.

12. Idem A. Eufebio P. P. Illyrici.

SAncimus patronum fisci judicio Celsitudinis tuæ, non jam quotannis [45], sed biennio pro vetere consuetudine finem officii sui fortiri: salvis eidem consortio privilegiis omnibus quæ a retro Principibus meruit, manentibus. Dat. 10. Kal. Mart. *Constantinop.* BASILIO & VIVIANO CONSS. 463.

De advocatis Alexandriæ, & de advocato fisci.

13. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Alexandro Duci Ægyptiaci limitis, & Præfecto Augustali.

PEtitionem virorum disertissimorum advocatorum Alexandrinæ splendidissimæ civitatis, quam de fori sui matricula, & fisci patrono obtulerunt, merito admittentes, hac sanctione decernimus, quinquaginta statutos haberi: eorumque nomina pro tempore matriculæ [46] conficiendæ inscribi: & eos advocationis officium in judicio tam viri spectabilis Præfecti Augustalis, quam viri spectabilis Ducis Ægyptiaci

1 Potest quis etiam sub pœna muneris & officii amittendi cogi ad patrocinium præstandum, vid. quæ notavi ad *l. 156. in pr. ff. de reg. jur.* adde *Nov. 17. c. 14.* 2 De hoc pœnæ genere, ut quis foro abstineat, vid. *l. 9. §. 4. ff. de pœn.* Mynsing. *4. obs. 32.* 3 Paul. *5. sent. 25. §. 7. l. 38. §. 8. §. ff. de pœn.* 4 Hæc lex cum *l. 15. §. de Episc. aud.* est eadem. 5 Hæreticus advocatus esse non potest, *l. 15. §. 3. de Episc. aud. Nov. 144. c. 2. vers. Præterea.* ut & alitur permutæ personæ, vid. *l. 9. §. de diverf. off. & apparit.* 6 Advocatus est, qui in consilium advocatur: *patronus*, qui causam agit. *Ascon.* Sed rhetores & togati: munus eorum *causidicina*, Ammiano, *l. 18. C. Theod. de decur.* ea forma qua juridicina a Tertulliano *in lib. de Pallio* & indicina ab Apuleio 7. adde Cujac. 4. *obs.* 40. 7 8. *Synopf. Basil. 1. cap. 24. l. 11. infr. de accusat. l. 3. §. 13. ff. de homicidiis. l. 3. ff. ad SC. Turp.* adde *l. 18. §. 1. ff. de muneribus.* 8 Advocatus prævaricator extraordinarie punitur. vid. Cujac. *6. obs. nit.* 9 Prævaricatum, quidam ita legunt. 10 Balbino. 11 Adde *l. 116. C. Theod. de decur. lib. 12.* 12 Statuti advocati suo foro nunquam exredunt: supernumerarii oberrant per fora omnia. vid. Cujac. *hic.* 13 Et merito, est enim indignum, ut qui magistratum & ornatum a Republica accepit, contra rempublicam patrocinio fungatur, *l. 1. §. de advocat. fisci.* 14 Imo, contra rempublicam possunt, *l. 6. l. penult. ff. de pœnal.* Solve: possunt pro affine & cognato vel conjuncta persona: pro aliis non possunt. vid. *l. 15. infr. h. t.* 15 *l. 52. C. Theod. de decurionibus, lib. 12.* 16 Id est, advocatorum. 17 Advocatum nedum cogi, sed ne volentem quidem admitti ad vectigalia exigenda hinc colligitur. 18 Sumpta *ex l. 2. C. Theod. de postulando l. 2.* 19 Quatita ab advocatis filiisfamilias ad instar quasi castrensis peculii redacta. *l. 7. §. de adsessor. & domesti.* 20 Reverentia

limitis petentibus adhibere: cæteros vero ultra memoratum numerum constitutos, apud alios judices ejusdem Alexandrinæ civitatis perorare: Filiis [1] scilicet statutorum in loco deficientium supernumerariis anteponendis. Egredientem autem post biennium fisci patronum, contemplatione laborum, exconsularis moderatoris provinciæ dignitate decorari: licentia facultateque ei non deneganda, cum usus exegerit, tam pro [2] se, quam pro filiis, parentibus, & uxoribus, nec non etiam personis ex transverso latere usque ad quartum gradum constitutis patronium suum adhibere. Quando autem fisci patronum mori contigerit, gradu eum sequentem fine ulla dilatione in locum ejus subrogari: heredibus defuncti nihil exinde [3] sibi commodi acquiri posse speraturis: cunctis privilegiis, quæ hactenus habuisse noscuntur, nec non his, quæ suggestio tuæ Magnitudinis continet, etiam in posterum intactis inviolatisque servandis: quatenus hujusmodi delato eis liberalitate nostræ Serenitatis honore possint in otio, & tranquillitate reliquum vitæ suæ tempus peragere, nulla eis invitis ingerenda sollicitudine.

Collatio advocatorum & militum.

14. Iidem AA. Callicrati P. P. Illyrici.

ADvocati [4], qui dirimunt ambigua [5] fata causarum [6], suæque defensionis viribus in rebus sæpe publicis ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non [7] minus provident humano generi, quam si prælii atque vulneribus patriam parentesque salvarent. Nec enim solos nostro imperio militare credimus [8] illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, sed etiam advocatos: Militant [9] namque [10] causarum patroni, qui gloriosæ vocis consii munimine, laborantium spem, vitam, & posteros [11] defendunt. Dat. 5. Kal. April. *Constantinop.* ZENONE & MARTIANO CONSS. 469.

De privilegiis. 1. De salario.

15. Imp. LEO A. Dioscoro P. P.

POst duos [12] fisci patronos, qui ex anterioribus constitutionibus iisdem beneficiis muniuntur, sexaginta quatuor [13] togatos, qui in præsenti sunt, a primo usque ad sexagesimum quartum imperialibus beneficiis perfrui censemus, quibus fisci patroni liberique eorum honorati sunt. §. 1. His quoque illud adjiciendum esse statuimus: ut, si quis patroni fisci adeptus gradum, fatalem diem obierit, universa [14] totius anni solatia, ex quo hoc idem officium peragere cœperit, ad heredes seu successores, sive liberi, sive extranei fuerint, transmittendi tam ex testamento, quam ab intestato liberam habeat facultatem. Dat. 17. Kalend. Januar. *Constantinop.* FESTO & MARTIANO CONSS. 472.

De privilegiis.

16. Impp. LEO JUNIOR & ZENO AA. Justiniano Præf. urbi.

AD similitudinem sexaginta quatuor [15] advocatorum fori amplissimæ prætorianæ præfecturæ, quindecim tantum ex foro tuæ Magnitudinis; qui in præsenti gradus primos obtinent, post fisci videlicet patronum, eisdem privilegiis nostræ Mansuetudinis beneficio perfruantur, quibus fisci patroni liberique eorum muniuntur. Dat. 17. Kalend. April. *Constantinop.* LEONE JUNIORE A. CONS. 474.

De advocatis præfecturæ per Illyricum, 1. & eorum privilegiis.

17. Imp. ZENO A. Paulo P. P. per Illyricum.

JUbemus advocationem fori tui Culminis centum quinquaginta [16] (sicut antea constitutum fuerat) advocatis concludi: eundemque numerum, quoties vel professionis fine [17], vel morte, vel quocumque fuerit casu imminutus, electione magnificæ tuæ Sedis impleri; ita ut in præsenti quidem, & hinc usque ad biennium [18] ad implietionem supra definiti numeri subrogandi, sine ulla cohortalis [19] aut cujuslibet deterioris conditionis quæstione succedant: salva videlicet adversus eos apparitoribus, si qua competit, actione, quam certum est, postquam fisci patronatum officio impleto exegerint, evanescere: post lapsum vero biennium, foro tuæ magnificæ potestatis inferi postulantes, non aliter, nisi sub gestorum confectione minime eos cohortali conditioni subjacere patefactum fuerit, admittantur.

§. 1. Cuncta sane privilegia, quæ magnificæ per Orientem præfecturæ advocatis ex divinis retro Principum, seu inclytæ recordationis Leonis, vel nostris sanctionibus indulta sunt, tuæ [20] quoque gloriosissimæ Sedis causidicis absque ulla discretione competere, per hanc in æternum valituram legem sancimus. Dat. 6. Kal. Jun. *Constantinop.* DECIO & LONGINO CONSS. 486.

De multis.

18. [21].

NUllus [22] multæ dictionem habeat in eos advocatos, qui intra fori Prætoriani statutum [23] numerum sunt, præter ipsum Præf. præt.

De lite non protrahenda.

19. [24].

NE [25] ideo lis protrahatur, quod in ea non reperiantur advocati [26] tres, cum duo sufficiant.

1 *l. 11. §. 1. supr. h. t.* 2 Adde *l. 6. l. penult. ff. de postul.* Sanguinis ratione multa permittuntur, quæ alias non permitterentur: qua de re vid. Roland. a Valle 1. *cons. 46. num. 46.* & ita advocatus fisci, se luosque fisco præferre potest: ut privata caritas publica hoc casu videatur potior. Hinc etiam colligunt, neminem præsumi advocatione suscepta, polliceri officium suum adversus liberos. adde *l. 3. §. 1. l. 5. §. 1. ff. tit. proxim.* adde quæ scripsi *ad l. 8. infr. de locatis.* 22 Imo sollicitudo potest injungi, *l. 3. ff. de officiis.* 23 Bald. his verbis etiam innui putat advocatos immunes esse ab excubiis faciendis. 24 Advocati arbitri dari possunt. In Gallia abfuturi præfecti ac judices, regii judicandi munus digniori vel antiquiori advocato solent, imo si nulli consiliarii sint, debent delegare. 25 Extra forum tuum advocatus patrocinio fungi cogi non debet. 26 Pœnam observa eorum, qui violant advocatorum privilegia. 27 Id est, togati seu advocati. 28 In unusquisque foro certus erat advocatorum numerus, certusque hortalis, id est, vilis. 29 *l. uls. ff. de h. t. l. 2. ff. tit. proxim.* hinc consecutus est, quod advocatorum fisci esse existimant patronorum, & omnes certum exitum iisdem foleant adsignare, & non liti rerum &c. *ff. l. 41. C. Th. de appell.* dilceptationis fata. Adde quæ de fatalibus scripsi ad *Nov. 49. cap. 1.* 6 Perrandus *lib. 2. explicat. c. 6.* Hugo Cynus *in cons. pro filia senat.* vide & Ciceronem *pro Muræna.* Mod. 7 Advocati non minus prosunt reipublicæ, quam milites. 8 Vide Lapum ad hanc legem *alleg.* 101. *col. 1. & c. paratus. in fin. c. nulli. c. militare.* 33. *q. 1.* Mod. 9 Non soli milites, sed etiam advocati militant. Nihil tam simile bello est, quam lis & judicium. 10 In quibus rebus consistat advocatorum militia. 11 Adi si lubet Baldum *ad l. si tuis manumis. ff. de oper. lib.* Jul. *in l. ut vim. §. col. in glos. ibi sed quid. ff. de iustitia & iure.* 12 *l. 10. §. 10. §. h. t.* 13 *l. 16. l. h. t.* 14 Adde *l. 13. in fin. §. h. t.* 15 *l. 15. supr. h. t.* 16 *l. 8. l. 11. §. h. t.* 17 Advocatorum finis aliquis legitimus. vid. Cujac. *16. obs. 22.* 18 Vid. *l. 12. §. h. t.* 19 *l. 8. §. h. t.* 20 *l. 7. §. h. t.* 21 Latina interpretatio. 22 Cujac. 13. *observ. 2.* 23 *l. 8. in princ. l. 11. in pr. §.* 24 Latina interpretatio. 25 Cujac. 13. *observ. 2.* 26 Plures advocatos sibi advocare licet. *l. 7. in pr. supr. de postulando.* Ex frequentia advocationis deprehendebatur, quam quisque gratiosus esset: vid. exempla apud Tullium *Oratione pro Quintio & pro Cæcinna.* Curtium *lib. 6.* ubi de Philota; Cæsarem 1. *Commentar.* ubi de Orgentorige. Hæc advocatio Græcis dicebatur παράκλητος, ut παράκλητοι, advocati. vid. Pofletum 1. *de historia juris Romani* 1.

27 Hujus tituli inscriptio in multis codicibus deest. 28 De quo vid. *§. de off. comitiv. privat.* 29 Finis legitimus advocatorum, frui quibusdam privilegiis. vid. Cujac. *16. obs. 22.* 30 *l. 8. l. 17. §. tit. proxim.* 31 *d. l. 17. §. tit. proxim.* 32 *d. l. §. in fin.* 33 Præfectura prætoris Orientis, Illyrici, Urbicaria, germanæ potestates. 34 Inter advocatos discrimen tolit. Nam cum hic *primatis* fiat mentio, distinctum primatum a cæteris fuisse colligi potest. 35 *l. 12. §. tit. proxim.* 36 Vid. §. *tit. proxim.* 37 Id est, uxore. 38 *Metatum* quid. vid. J. *de metatis & epidem.* 39 Notitia quid, diximus alibi. 40 *l. 5. §. 4. J. hic.* olim quadriennium constitutum erat, hodie quinquennium. *Const. ad antecessores. §. 1. in fin.* vid. Cujac. 12. *obs. ult. in princ.* 41 *l. 5. in fin. J. h. t. l. 15. in fin. §. tit. proxim.* 42 Advocationis officium commendatur, & ipsa honestate & necessitate. 43 Sic restituo, *patronos fori tui c. J. d. J. Kal. Jan. pro tempore ipsius tantummodo anni.* 44 Kalendarum Januariarum dies festivus & festivus. Is etiam dies, largitionum dies fuit. 10. Nicepb. 23. vid. Cujac. 3. *de canone largition. tit. 2.*

ſacri noſtri conſiſtorii Comites divina noſtræ Serenitatis manu [1] puncti [2] conſequi ſolatia. §. 2. Et poſtquam tale depoſuerint officium, ſi quidem filios ingenuos habeant, eos clariſſimorum Notariorum ingreſſi ſolutione percepturos. §. 3. Et ſi quis per ſententiam Sublimitatis tuæ monitus, ſuper agnito debito vel agnita cauſa, quæ ingeritur ei, confeſſionem exponere paratus ſit; eam non arbitro [4] delegato, ſed tunc temporis fiſci patronis, vel alterutri eorum, ſi alter adeſſe non poſſit, pro more tamen ſolito ſub actorum teſtificatione intimari. §. 4. Quotieſque de nuptiis [quis] ſine [5] dotalibus inſtrumentis mutuo contrahendi matrimonium [6] animo celebratis, ſuper affectu ſuo liberis ex hujusmodi conjugio jam extantibus vel necdum procreatis, legitimis allegationibus uti maluerit, eas apud eosdem pro tempore fiſci patronos, vel alterutrum eorum (ut dictum eſt) geſtis intervenientibus commendari, ita videlicet, ut juri cognitæ allegationes abſentibus perſonis, ſi quæ competunt, ſerventur intactæ.

§. 5. His inſuper, quicunque apud viros glorioſos pro tempore conſules [7] mancipia ſua libertate donare voluerint: antelatos fiſci patronos ad easdem libertates peragendas propriam advocationis vocem accommodare. §. 6. Aliis nihilominus privilegiis, quæ jam pridem memoratis vel fiſci patronis, vel adhuc advocationis pro tempore peragentibus officium togatis, diverſis modis indulta ſunt, ex hac etiam ſanctione noſtra in ſua ſtabilitate duraturis. Dat. 12. Kal. Decemb. *Conſtantinop.* ARIOVINIO, & MESSALA CONSS. 506.

De privilegiis patronorum fori Præſidialis ſecundæ Syriæ & fiſci.

5. Idem A. Sergio P. P.

PEtitiones virorum diſertiſſimorum fori Præſidialis ſecundæ Syriæ provinciæ advocatorum cum competenti moderatione cenſuimus admittendas: & jubemus, pro tempore primatem eorum per biennium fiſci patroni fungi officio, & ſolatia [8] ſibi communi conſenſu deputata per idem biennium conſequi: hocque transacto profeſſionem advocationis deponere, conſortio videlicet eorundem advocatorum ad triginta tantummodo viros redigendo: ita ut ſi qui ſuperflui ſunt, jam eidem conſortio ſociati, de advocationis officio minime rejiciantur: nemine alio eis adjiciendo, ne triginta virorum numerum advocatorum excedere conſortium contingat. §. 1. Ad hæc [eos,] qui (prout ſtatutum eſt) fiſci patroni depoſuerint officium, poſtea quoque non prohiberi ſingulos tam pro [9] ſe, quam pro jugali [10] ſua, & ſocero & ſocru, necnon genero & nuru, liberiſque propriis, colonis & ſervis ad ſe pertinentibus advocationis fungi officio. §. 2. Nec ædiculas [11] eorum, *metatorum* onere moleſtari: ſi tamen in una tantummodo ſuaque domo ſinguli talem prærogativam ſibi vindicare maluerint. §. 3. Pro *ſportulis* præterea modum, quem notitia [12] nobis porrecta declarat, tam pro his, quam pro colonis, & eorum ſervis cuſtodiri: neminique præbere licentiam eundem modum circa ſportularum exactionem contra eos excedendi. §. 4. Nec de cætero quemquam, antequam per ſtatuta [13] tempora legum eruditioni noſcatur inhaeſiſſe, ſupradicto conſortio ſociari. §. 5. Et filios advocatorum, vel adhuc in tali conſtitutorum officio, vel eorum, qui fiſci patronatum depoſuerint, ſuperſtitum vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi: eique gratis [14] & ſine ſumptibus ſociari, ſi & ipſi (prout diſpoſitum eſt) ſolito tempore legum doctrinam meruerint. §. 6. Ut autem his, qui fiſci patroni officium adepti ſunt, vel fuerint, non tantum ſuperſtitibus, ſed etiam morte præventis proſpiciatur: tam ad [15] heredes fiſci patroni, qui ſemel ad talem gradum vocatus fit, ſolatia ejus tranſire, hisque ſervari: quam ipſos, qui fiſci patronatum jam depoſuerunt, vel poſtea depoſuerint, minime cujuslibet actus publici ſollicitudinem nolentes fubire compelli, nec exhibitionis ſeu deductionis onere (niſi ſpeciali auctoritate noſtra) moleſtari: & in provincia incuſandos per ſententiam viri clariſſimi provinciam, in qua degunt, moderantis, utpote competentis judicis, conveniri atque litigare decernimus. Dat. Kalend. Decemb. ANATOLIO & AGAPITO CONSS. 508.

De privilegiis patronorum fiſci.

6. Imp. JUSTIN. A. Marino P. P.

REſtituenda ſunt clariſſimis eloquentiæ luminibus ſexaginta auri libræ, quas ſub imperio Zenonis divæ memoriæ pedaneis deputatas arbitris, nec non fidejuſſorum [16] vires æſtimantibus, tamen auferendas credidit præparca poſterioris ſubtilitas Principis, ut jam liberalitate noſtri numinis, viri clariſſimi fiſci patroni præfatam auri ſummam ſine fraude [17] annis ſingulis conſequantur, ab ampliſſima tua Sede pari lance in utrumque dividendam. Nam univerſis [18] redditur, quod pro voto omnium primatibus indulgetur. §. 1. Sacras inſuper epiſtolas [19], quibus approbantur viri clariſſimi Tribuni prætoriani & Notarii, non unius tantum nomine, ſed alterius quoque utrius præſtandas perſpicimus, ſive ſuos filios, ſive alios quosdam duxerint illuſtrandos. §. 2. Ad hæc, altiore beneficio codicillos, quibus illuſtris honoratur dignitas, conſequantur: quos unius ſolum nomine eisdem viris facundiſſimis daturos nos pollicemur, profuturos ſcilicet alteri eorum altero concedente: ſeu qui ex provinciis ſuis, vel ex amicis voluerint, in provinciis tamen degentibus. §. 3. Licentiam eis præterea facimus binos homines ſingulis annis itidem offerendi, noſtram [20] adoraturos purpuram, ſtatutis inferendos præſentialibus [21] domeſticis, unum equitum, alterum ſcholæ peditum, in vacantem eorum locum, qui diem functi ſunt: nullo, dum ſupererunt, de militia venundanda [22] pacto cum eis interpoſito, quorum ejusmodi conventiones interſunt: ita tamen, ut iidem viri facundiſſimi, cum offerendos eosdem crediderint homines, bina ſolidorum pro ſingulis millia, nihilque amplius, noverint dependenda viris magnificis Comitibus dicatiſſimorum [23] domeſticorum: id eſt, equitum quidem pro eo, qui inter equites meritus eſt: peditum autem, pro eo, qui inter pedites inferendus eſt: ſolitis videlicet ſtatim ſtipendiis, nec non etiam cæteris ſolatiis iisdem tyronibus deputandis ſine quolibet alio dispendio. §. 4. Aliis etiam privilegiis potiantur, quæ diverſis temporibus conſecuti ſunt, ſive per Auguſtos apices, ſive per diſpoſitiones & ſententias Ampliſſimæ tuæ Sedis: nam qui nobis digni judicati ſunt, hi multo magis in anterioribus quoque ſunt adjuvandi. Dat. Kal. Decembr. *Conſtantinop.* ipſo A. & EUTHERICO CONSS. 521.

De numero advocatorum. 1. *De temporis ordine ſervando.* 2. *ubi degendum.* 3. *Sanctio.* 4. *De ſexcentis aureis.* 5. *De privilegiis olim indultis.* 6. *De ſportulis, & ſumptibus litis.*

7. Idem A. Theodoro P. P. [24].

PEr hanc legem decernimus, ne antequam in octoginta tantum virorum numerum, fori tui culminis Togatorum collegium deductum fuerit, aſpirare quis qualibet arte concedatur, aut poſſit: niſi vel eorum filii, qui triginta priorum [25] obtinent numerum, facundiæ ſtudiis eruditi, gratis [26] videlicet, & ſine ullo ſuffragio, aut fortaſſe exteri non ultra duos per annos ſingulos facundia & ipſi conſpicui, taxati fuerint: nullo deinceps, poſtquam in octoginta virorum numerum redacti fuerint, ſuperare qualibet rurſus ambitione vel aſtutia quantitatem auſuro. §. 1. Interdicenda quoque cunctis licentia prævertendi [27] progreſſus ſeriem, quam ipſius temporis ordo ſuppeditat: &, ut in mercatorum contractibus, loca permutandi: & adhuc tyrones jam intereſſe veteribus. §. 2. Hoc etiam pronunciandum cenſemus, ne quis ex his in aliis degat regionibus, relicta obſervatione glorificæ tuæ Sedis. Noverint etenim, qui, poſt nomen impetratum patroni litium, ultra trium [28] annorum ſpatium ex ſacratiſſima hac urbe morandum duxerint, nec nuncupationem togati, nec privilegia virorum hujusmodi concedenda ſibi: ut ne repetitis [29] ex induſtria prædictæ Sedis auctoritatibus protrahantur, aut multiplicentur peregrinationis excurſus. §. 3. Quorum omnium ſi quid vel minimum quocunque tempore fuerit violatum: viginti primates ejusdem ordinis, & qui pro tempore ſolicitudinem ab actis [30] in Amplitudinis tuæ gerent officio, adjutores etiam eorum denis ſinguli libris auri ferientur, quod adverſus imperialia conſulta Serenitatis noſtræ tendentibus non ſtatim objecerint interceſſionem legis præſentis, aut non reſtiterint, & omnino non prohiberint, ne quid tentaretur contrarium, cum nec in adminiſtratores ſublimiſſimæ tuæ Sedis, ſi non intente cuſtodierint diſpoſita ſalutaria, &, ut non temerentur, proſperentur, pœna deerit [31] decem auri librarum. §. 4. Sexcenti autem aurei, quibus pro tempore fiſci patronis fori tui Celſitudinis, ad exemplum priorum temporum ex arca tui judicii conſulatur: ne poſt decurſum [32] celerem [33] advocationis, & labores glorioſos egeni exeant: non (ut ſæpe contingit) incerto die præſtentur, ſed cum [ad] medium [34] iter pervenerint patrocinii rerum fiſcalium: id eſt, Kalendis [35] Octobribus per annos ſingulos ſine cunctatione ſolventur. §. 5. Quidquid inſuper privilegiorum retro Principum ſacris affatibus vel auctoritate tribunalis [36], cujus intereſt, huic eidem [37] ordini datum oſtendiſſent, inviolatum ſervari. §. 6. Cumque lite quisquam eorum pulſatus fuerit, ſeu civilis cauſæ certamine, aut criminalis quæſtionis obtentu, hic, vel in provinciis: cum per conceſſum tempus eorum adeſſe quenquam evenit, nullas executores ſportulas adſequi, nec qui controverſiis movendis inferviunt, aut excipiendo, ſeu præparando, vel officio quolibet alio, quocumque nomine ſumptumexigendum cenſemus. Dat. Id. Februar. *Conſtantinop.* JUSTINO A. II. & OPILIONE CONSS. 526.

De privilegiis patronorum fiſci.

8. Idem A. Archelao P. P.

NEmo, excepta Menandri fiſci patroni perſona, ſperet de cætero [38] permutationum ſaltibus [39] ſuperiore gradu captato fruiturum ſe beneficiis, quæ patronis ærarii, ſeu dum officium exhibent cauſis fiſcalibus, aut poſt impletum agmen [40] impertita monſtrantur. Dat. 12. Kalend. Septemb. JUSTINO A. II. & OPILIONE CONSS. 526.

Producitio §. 2. l. 7. ad advocatos Illyricanos.

9. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

DE conſtitutione [41] divinæ recordationis Juſtini patris noſtri ſuper togatis ampliſſimæ tuæ Sedis prolata, Illyricani advocati poſtulaverunt a nobis, [eis] clarum fieri, ſi [42] locum etiam circa eos poſſit habere, ſive cum commeatu, ſive ſine commeatu judicio ejusdem Sublimitatis [tuæ] abſuerint. Sancimus itaque, [talem] legem generaliter etiam in perſona eorum valere, ut ſi quis ſine commeatu ultra continuum biennium [43] abſuerit, vel cum commeatu ultra continuum biennium [43] abſuerit, vel cum commeatu ultra quinquennium, de matricula penitus aboleatur: nulla licentia ei danda gradum ſuum vindicare, nec iterum viris diſertiſſimis Togatis ejusdem Sedis adſiſtere. Perfruantur igitur advocati ejusdem Sublimitatis hac noſtra generali ſanctione.

1 Id eſt, noſtra liberalitate. 2 Alii legunt, *puncta ſolatii.* Alii, *puncta conſequi ſolatia:* Cujac. 13. *obſerv.* 2. monet legi poſſe, *pacta ſolatium,* aut *pacta ſolatia.* Punctum ſolatii ferre, poſſimus interpretari, *punctum* ſeu mercedem honoris: D. G. verum *Puncta* hic rectum eſſe, alibi probabo. J. G. 3 Filii ſtatutorum nihil impendunt pro introitu, adde *l. 6. infr. eodem.* Doctorum, id eſt, Profeſſorum filios gratis promovendos hic colligunt. 4 *Al.* arbitrio. 5 Hinc colligit Cujac. 13. *obſ.* 4. per nuptias filios naturales ſuos, & legitimos fieri poſſe, etiam ſine dotalibus inſtrumentis, quod repugnat alias §. *ult. Inſtit. de nupt. Novell.* 12. *cap.* 4. 6 Matrimonii. 7 Vid. *l. ult. J. de vindicta manum.* 8 *l.* 3. *in princ. ſupr. h. t.* 9 *l.* 3. §. 1. *J. h. t.* 10 Jugalis conjux. 11 *d. l.* 3. §. 2. 12 Quid notitia, vid. *l.* 1. §. 8. *ſupr. de off. praef. pract. Affr.* 13 Quinquennium ſcil. *d. l.* 3. §. 4. 14 Id eſt, nihil impendunt pro introitu. 15 *d. l.* 3. §. *ult.* 16 Arbitri olim dabantur ad fidejuſſores probandos, *l.* 9. *ff. qui fatisdare. l. ult. ff. a quibus appellare non licet. l.* 7. §. 3. *ff. de miliribus* 25. *ann.* 17 Id eſt, ſine diminutione. 18 Univerſis reddi intelligitur, quod eorum primatibus indulgetur: de primatibus advocatorum adde *l.* 3. *in pr. ſupr. h. t.* ubi dixi. 19 *l.* 4. §. 2. *ſupr. h. t. l.* 45. *C. Theod. de decur.* Epiſtolæ facræ, de quibus hic, dicunur instrumenta, *l.* 7. *J. de fide inſtrum.* Teſtimoniales miſſionis, honorariæ epiſtolæ, *l.* 15. *C. Theod. de profeſſ.* Veget. 2. commentariibus completis ſtipendiis per teſtimoniales promovere dimiſſum. vide Cujac. *ad l. ult. infr. de profeſſorib. & medic.* 20 Adorabatur purpura Principis: de qua adoratione purpuræ imperialis, *alibi* dicam. Quin & Præfectus Prætorio ingreſſus palatium, conſuetudine imperatoris adorabatur. Calliodorus 6. *Variar.* 3. 21 Præſentibus, *l. ult. J. de domeſticis, & protectoribus, lib.* 12. *tit.* 17. adde *Edictum Juſtin.* 13. *c.* 2. 22 Militiæ domeſticorum vendi poſſunt, quxdam etiam vendi non poſſunt. *L. ult. infr. de pign. & hypoth.* Vide quæ not. ad *l.* 1. *infr. qui militi. poſſunt vel non.* adde *Nov.* 53. *cap.* 5. *& ibi* Cujac. 23 Domeſtici epitheton nota: hic enim *dicatiſſimus* appellatur. 24 Præfecto urbi. Cujac. 13. *obſ.* 1. 25 Priores advocatorum ſunt primicerii & primates, §. 3. *infr. h. t. & hac l. in fin. pr. & l.* 3. *in pr. ſupr. h. t.* 26 *l.* 5. §. 5. *ſupr. h. t.* 27 Ordine ſuo dignitates adipiſcendæ, *l.* 8. *infr. h. t.* 28 Vide Cujac. *d. loco.* 29 Petitis. 30 Notitia imperii Romani inter officia Præfecti urbi hunc etiam qui dicitur *ab actis* numerat. 31 Decemretur. 32 Discurſum. 33 *Al.* celeberem. 34 Salarium ſolvi doctoribus, & advocatis in medio anni Bald. hinc colligunt, Quid penſio domus locatæ? in fine unni, niſi aliter dictum fit, *l.* 1. §. 4. *ff. de migrando. l.* 42. *ff. de verb. oblig. l.* 9. *ff. de reg. jur.* 35 October, medius olim anni menſis: anno ab *Aprili* incipiente, de quo aliquando dicam. 36 Tribunali. 37 Eidem ordinatum oſtendiſſent &c. 38 Id eſt, in poſterum fruitur privilegio. vid. *c. unicum. de clericis per ſaltum promotis.* 40 Ne dicas officium, cum Accuſtio. *Agmen*, hic ſignificat numerum. 41 *l.* 7. *ſupr. h. t.* 42 Id eſt, an. 43 Vid. Cujac. 13. *obſ.* 1.

CONSULTA USO EXCLUSIVO EN LA SALA

TIT. IX.

DE ADVOCATIS FISCI [1].

An contra fiſcum patrocinium præſtari poſſit.

1. Imp. ANTONINUS A. Claudio.

CUm te fiſci cauſam agitaſſe proponas, quamvis [2] te ſalarium percepiſſe neges, tamen placitis acquieſce. Eos enim, qui cauſam fiſci egiſſent, prohibitum [3] eſt adverſus fiſcum patrocinium præſtare. PP. 13. Kal. Januar. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Qui in una cauſa fiſco præſtitit patrocinium, in alia poteſt contra fiſcum poſtulare. Bald.

2. Impp. VALERIANUS & GALLIEN. AA. Frequentio.

POtes auctoribus nobis adverſus [4] fiſcum quoque patrocinium exhibere privatis: dum eam ſcilicet cauſam, quam tu, cum fiſci advocatus fueras, forte tractaſti, ſuſcipere declines. PP. 6. Kal. Mart. VALERIAN. & GALLIENO AA. CONSS. 255.

De commodis fiſcalibus non occultandis. De calumniis non movendis.

3. Imp. CONSTANTIN. A. Æliano Proconſuli Africæ, poſt alia.

FIſci advocatus pœnas metuens, caveat [5], ne fiſcalia commoda occultet, neve ullo negotio exiſtente, fiſci nomine privatis audeat calumnias [6] commovere. Dat. 6. Id. Novemb. *Triumvir.* [7] CONSTANT. A. IV. & LICINIO CÆSAR. IV. CONSS. 315.

De Rationalibus, & Præfectis ærario.

4. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Ammianum Comitem rerum privatarum.

RAtionales [8], privatæ rei cauſis, vel ſacris æriaris [9] præſidentes, examen præſente fiſci advocato [10] ſuſcipiant. PP. 17. Kal. Januar. MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

TIT. X.

DE [11] ERRORE ADVOCATORUM, VEL LIBELLOS SEU PRECES CONCIPIENTIUM.

De præſentia principalis litigatoris.

1. Imp. ALEXAND. A. Aureliæ.

EA [12], quæ advocati præſentibus [13] his, quorum cauſæ aguntur, allegant, perinde habenda ſunt, ac ſi ab ipſis dominis litium proferantur. PP. Kal. Mart. ALBINO [14] & MAXIMO CONSS. 228.

De errore ſcripturæ.

2. Imp. GORDIANUS A. Rogato militi.

ERrores [15] eorum, qui deſideria, id eſt, preces ſcribunt [16], veritati præjudicium afferre non poſſe, manifeſtum eſt. Et ideo ſi condemnationem, cujus mentionem libello inſertam eſſe proponis, manifeſte probare potes non interceſſiſſe: allegationes tuas lædi non oportere, is qui ſuper negotio diſceptatorus eſt, non ignorabit. PP. 10. Kal. Jul. PIO [17] & PONTIANO CONSS. 239.

De præſentia litigatoris, & de ſententia lata.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Ulpiæ.

SEntentiis [18] finita negotia, reſcriptis revocari non oportet. Nec enim quæ conſtituta ſunt, [id eſt,] *ut advocatorum error litigatoribus non noceat*, tibi etiam opitulari poſſunt: cum te præſente [19], neque cauſæ palam ex continenti [20], id [21] eſt triduo [22] proximo contradixiſſe, neque poſt [23] ſententiam appellationis remedio (ſi tibi hæc diſplicebant) uſam eſſe proponas. Dat. 6. Kalend. Septembr. *Viminacii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XI.

UT QUÆ DESUNT ADVOCATIS [24] PARTIUM, JUDEX SUPPLEAT [25].

Judex ex officio ſupplere poteſt in jure, non in facto. Alex.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. ad Honoratum.

NOn dubitandum [26] eſt, Judicem, ſi quid a litigatoribus, vel ab his, qui [27] negotiis adſiſtunt, minus fuerit dictum, id ſupplere [28], & proferre [29] quod ſciat [30] legibus, & juri publico convenire. S. 16. Kalend. Mart. DIOCLETIANO V. & MAXIMIANO IV. AA. CONSS. 293.

TIT. XII.

EX [31] QUIBUS CAUSIS INFAMIA [32] IRROGATUR [33].

De carcere, & vinculis.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Manilio.

INfamiæ detrimentum minime tibi affertur ob id ſolum, quod in carcerem [34] conjectus es, vel vincula tibi juſſu legitimi Judicis injecta ſunt. PP. ſine die & conſule.

De eo, qui plus debito exegit.

2. Iidem AA. Venerio.

NEque furti, neque vi bonorum raptorum, neque peculatus damnatus intelligi poteſt, qui, cum plus debito nomine debitorum [35] exegiſſet, in duplum a Præſide condemnatus eſt. PP. 5. Id. Januar. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De eo, qui ad tempus ordine motus eſt.

3. Iidem AA. ad Metrodorum.

ET ſi ſeverior [36] ſententia dici debuit, tamen [37] cum Proconſul vir clariſſimus certis rationibus [38] motus [39] mitiorem [40] ſententiam dixerit, & *ordine decurionum* te *biennio abſtinere* juſſerit, transacto [41] tempore non eſſe te in numero infamium palam eſt: eo [42] quod poſt biennium remiſiſſe tibi prohibitionem decurionatus Judex videtur. PP. 10. Kal. Januar. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De exilio temporali.

4. Iidem AA. Venuſtiano.

SI Poſidonium in [43] tempus anni relegatum, ſententiam non exceſſiſſe Proconſulis probaveris, quinque annis exilio temporali damnandum inter infames haberi non oportet: quoniam ſententiæ ſeveritas [44] cum cæteris damnis tranſigere videtur. PP. 6. Kal. Mart. SATURNINO & GALLO CONSS. 199.

De fuſtibus & injuriis.

5. Iidem AA. Ambrosio.

DEcuriones quidem, item filios decurionum fuſtibus [45] caſtigari prohibitum eſt. Verum ſi *injuriam* [46] *te feciſſe* Proconſul vir clariſſimus pronunciaverit, ignominia notatus es. PP. Kal. Jul. SATURNINO & GALLO CONSS. 199.

De condemnatione in opus publicum ad tempus.

6. Iidem AA. Juſto.

AD tempus in opus publicum damnati priſtinum quidem ſtatum [47] retinent: ſed damno infamiæ poſt [48] impletum tempus ſubjiciuntur. PP. 7. Id. Decemb. GETA & PLAUTIANO CONSS. 204.

1 Adde *L.* 49. *ff.* 14. De officio advocatorum fiſci. Cæterum hoc notandum eſt: Fiſco ſuum ac proprium patronum fuiſſe a M. Antonino primum inſtitutum, Il Capitolino credendum. Aderat hic fiſcalibus cauſis, *l. ult. J. h. t. l. ult. ff. de jure fiſci.* ac liberalibus, quæ eo non interveniente in integrum reſtituebantur, *l.* 3. §. 9. *in fin. l.* 7. *ff. de jure fiſci.* Porro ex advocatione cujusque ſedis creabantur ſingull vel bini, & interdum biennii munere fungebantur, pro varia cujusque fori conſuetudine. Bini in præfectura prætorio Orientis & Illyrici, *l.* 10. *ſupr. de advocat. diverſ. judicior.* biennales erant in Præfectura Illyrici, *l.* 7. *ſupr. de advocat. diverſ. judicior.* Hi omnes cum liberis, poſterisque liberabantur omni viliore conditione: & comitiva, conſiliariana, aliisque honoribus ornabantur, *l.* 7. *l.* 8. *l.* 11. *ſupr. de advocat. diverſ. judicior. l.* 4. *l.* 6. *ſupr. de advocat. div. judicum.* utrobique ſexaginta quatuor primores advocati, patronorum fiſci privilegiis fruebantur, *l.* 15. *ſupr. de advocat. diverſ. judicior.* Unicus fiſci patronus erat, & quidem biennalis Alexandriæ. Exconſulari dignitate decoratus, *l.* 13. *ſupr. de advocat. div. judicior. verſ. Egredientem.* Erat etiam unicus & biennalis in foro Prædidiali Syriæ, *d. l.* 13. & in foro Comitis Orientis, *l.* 3. *ſupr. de advocat. diverſ. judicum.* adde Briſſon. 3. *ſelect.* 13. 2 Præterea ſalarii non ſoluti, advocati caulam fiſcalem deſerere non debent. 3 *l.* 2. *J. h. t. l.* 2. *ſupr. de advocat. diverſ. judicior.* Excipe cauſas *l.* 13. 3. *de advocat. diverſ. judicior. l.* 3. §. 1. *l.* 5. §. 1. *ſupr. de advocat. diverſ. judicum. l.* 2. *J. h. t.* 4 Dixi *ſupr. ad l.* 1. 5 Nota quæ ſint cavenda fiſci advocatis.

6 Vid. *l.* 6. *ſupr. de poſtuland.* 7 Pg. Treveris. 8 De his vide *l. ult. in fin.* J. *ad leg. Jul. Maieſt.* Procurator Cæſaris, abſentibus advocatis fiſci, cauſas rei privatæ, vel ærarii ſacri diſceptare non debet, *l.* 41. *C. Th. de appell. lib.* 11. 9 Advocati fiſci, patroni ærarii, *l. pen. ſupr. tit. prox.* Philoſtratis in Cyrino, fiſci advocationem vocat, *τὴν τῶν ταμείων ἡγεμονίαν, & Baſil. συνήγορον τῶν ταμείων*, id eſt, qui intervenit pro fiſco in aula apud Comitem theſaurorum, ſacrarum largitionum: in provinciis apud procuratorem Cæſaris: in urbe, apud Præfectum ærarii. vid. Cujac. *hic.*

10 Advocatione, *d. l.* 41. *C. Th.*

11 *L.* 2. *C. Theod.* 11. *l.* 3. *J. h. t.* 12 *Synopſ. Baſil.* 1. *c.* 45. 13 Et tacentibus, *l.* 3. *J. h. t. l.* 79. *ff. de verb. oblig.* 14 *Balbino.* 15 *l. unic. C. Theod. h. t. l.* 9. *ſupr. de jur. & facti ignor. l.* 92. *ff. de reg. jur.* 16 Scriptores precum ſunt libelliones, pragmatici, *l.* 9. §. 4. 5. *ff. de pœn.* diverſi ab advocatis. Hi agunt, illi ſcribunt. 17 *Ulpio.* 18 *l.* 2. *ſupr. ut lit. pend.* vid. *l. ult. J. ſent. reſcind.*

19 Præſentem. *Hal.* adde *l.* 1. *ſupr. h. t.* 20 Nota. *Ex continenti*, id eſt, triduo. adde *l. ult. verſ. Si autem.* J. *de judic.* 21 Hac: *opta, id eſt, triduo proximo*, deſunt apud autorem Synopſeos Baſil. 8. *tit.* 1. *ex lib.* 51. *tit.* 3. *c.* 47. 22 Sic glans legenda intra triduum, *l.* 1. *ff. de glande legend. l.* 9. §. 1. *in fin. ff. ad exhib.* adde cauſam *l. ult. infr. de judic.* vid. Cujac. *cap.* 5. *de præſcript.* 23 Ante ſententiam licet errorem corrigere, *l.* 4. *in fin. ff. de noxalib.* §. *Si quis aliud.* 35. *Inſtit. de act.*

24 Quidam legunt *advocationi.* 25 Judicem judicare non ſecundum acta, ſed ex conticientia hinc colligunt, de qua quæſtione vid. *l.* 6. §. 1. *ff. & ibi DD. J. de offic. præſid.* Cujac. 11. *obſ.* 19. Hotom. 25. *Illuſtr.* Paucis Harmenopulus 1. *tit.* 4. definit, Omnifas rationes juris ab advocato a judice ſupplenti: at non factum tamen ſeu negotium. 26 Dubitandum videbatur, quia judex ſupplendo, partocinari videtur non judicare, 14. Gel. 2. 27 Hi *Συνήγορο* hoc ſenſu, Quæcunque vel a litigantibus vel ab advocatis omittuntur, a judicibus ſuppleantur. *Synopſ. Baſil.* 6. *ex lib.* 8. *tit.* 1. *cap.* 48. *&*

28 *l. ult. in fin. pr.* J. *de appell.* 29 Aqui judex non interponit ſunm officium niſi imploratus, *l.* 4. §. *hoc autem judicium. ff. de damno infect.* verum eſt regulariter: ſed vide exceptiones 35. apud Socin. *in reg.* 245. incipit: *judex poteſt.* & ad Benedictum Capram *in regul. conſtituente* 17. Mod. 30 Judex rogatus ſuum interponit officium, non alias. vid. tamen Socin. *reg.* 197.

31 Commode hic titulus ſubſequitur titulum *de advocatis.* Infames enim poſtulare prohibentur. Paul. 1. *ſentent.* 2. §. 1. 32 Adde *Literum* 10. *infr.* 57. 3. *ff.* 2. & 21. *Syn. Baſil.* 2. 6. Harmen. 15. Infamia ab Auguſtino *diffamia* dicitur *in quæſtionibus veteres teſtamenti:* adde Lamprid. *in Alexand.* Porro *infamia* eſt læſio dignitatis, ſtatus, & damnum famæ: duplex conſtituitur, juris vel facti. 33 Non irrogatur, ita concipitur titulus in Baſilicis, *σταφῆ κατὰ δὲ ὧν ἀτιμία τινὶ ἐπροσγίνεται.* Cujac. *hic.* 34 *Carcer*, ſeu ſola vincula, non infamant, *ut hic.* Servis tamen, qui ob delictum pœnæ cauſa vincti fuiſſent, vincula nocebant ex lege Ælia Sentia, ut nec Latini, nec cives Romani manumiſſione fierent, ſed dedititiorum numero: qui vilis propemodum, abjectus & infamis numerus erat. Plura vide apud Cujac. 15. *obſ.* 7. 35 Tributorum, *Hal.* Sed nil opus: *Debitorum* appellatio pro debitis publicis ſeu tributis proprie: Senſus, publicanum non ideo fieri infamem, quod in duplum fuerit condemnatus injuſtæ exactionis cauſa. *Goth. Debitorem*, emendat Salmaiius. Sed Grot. *Flor. Sparſ. hic*, putat ſcriptum fuiſſe, *plus debito nomina exegiſſet*, ut nomina dita ſint pro ipſis debitoribus, &, *debitorum*, glofſema fuerit. *S. L.*

36 Graeci hanc legem ita exponunt, *apud autorem Synopſeos* 11. *tit.* 3. *c.* 3. Condemnatio gravior irrogata, ultra pœnam a lege definitam, relevantem infamiæ largitur.

37 Adde quæ dixi *ad l.* 11. *ff. de pœn.* 38 Quid? amicitia, juſtane judici cauſa ſive ratio eſt, ut in amicum mitiorem ſententiam ferat? Tiraquellus ita cenſet *tract. de pœnis, cauſa* 16. & 17. ſive amicitia ipſius rei ducus id faciat, ſive amicorum ejus.

39 *l.* 31. *ff. de pœnis.* 40 Ex duabus forte legibus. Quid? poteſne ſeveriorem ſententiam dicere? vid. *l.* 13. §. 7. *ff. h. t. l.* 11. *ff. de pœn.* Ex his colligunt, Judicem in ordinariis criminibus pœnam minuere aut augere non poſſe: in extraordinariis poſſe: idque pro qualitate rerum, factorum, perſonarum. vid. Gandinum *tract. de maleficiis, tuder. utrum pœna poſſit augeri.* 41 Sententia temporalis habet effectum temporalem, *l.* 8. *ff. de poſtul. l.* 1. *J. de his, qui in exilium.* Imo & ultra tempus vim ſuam exerit. *l.* 6. *J. h. t.* Hinc etiam ſollice, infamiam ad tempus inuri poſſe. *Goth.* Infamia non durat ultra tempus *l.* 4. *ff. t.* 8. *ff. de poſtul. l.* 5. *l. generali lege.* 54. *ff. de decurion. l.* 13. 9. 1. *ad Leg. Corn. de falſ. Aul.* 42 Biennii prohibitio ſequentium amorum indulgentia eſt. 43 *Exilium* temporale non infamat. 44 Nec ſeverioris legis ſententia infamat, *ut hic*, & *l.* 10. *in fin. ff. de pœn.* nec mitioris, *l.* 3. *ſupr. h. t.* vid. Cujac. 20. *obſ.* 38. 45 *l.* 9. *J. h. t.* 9. §. 12. *ff. de pœn.* 46 Injuriæ nominatim damnatus ſit infamis, *l.* 4. *in fin. ff. h. t.* 9. 2. *Inſt. de pœna temere litigantium*: adde *l.* 19. *J. h. t.* 47 Id eſt, Dignitatem & civitatem. Damnati vero in perpetuum opus, civitatem tantum amittunt, non libertatem, *l.* 17. *in fin. ff. de pœn.* vid. Cujac. 15. *obſ.* 12. *in fin.* 48 Damnatio in opus publicum, relegatione in opus gravior. Hæc, tempore finito, non infamat, *l.* 4. *ſupr. h. t.* illa infamat, *ut hic.* Goth. Diſtinguo inter factum quod ipſo jure famoſum eſt, in quo infamia etiam poſt tempus durat, *ut hic & l.* 15. *ff. ad Municipalem*; & inter delictum punitionis arbitrariæ, in quo non durat poſt tempus: *vide l.* 3. 4. *h. t.* Aul.